

RAYMUNDUS TELLERÍA

MANUDUCTIO SUBSIDIARIA

AD ARCHIVUM ALFONSIANUM SANCTAGATHENSE

Non ita pridem lectorem manu duximus ad lustrandas nobiscum sectiones potiores Archivi Episcopalis Sanctagathensis (1), ex quo praeter alia documenta traximus copias protocollares (2) ibidem depositas. Logicum inde manabat desiderium exquirendi atque scrutandi protocolla originalia, si quae adhuc perstarent, ut de fidelitate transumpti certiores redderemur ac nova documenta fortasse a copistis neglecta metere gauderemus. Nequaquam nos fefellit spes, qua duce nuper accessimus ad Status archiva Beneventi et Casertae instructa, ubi aliis sociatae custodiuntur sectiones notariles, olim dioecesi Sanctagathensi adnexae.

Praemonemus itaque duo: primum, indagini nostrae restrictae intervallo unius hebdomadae praevexisse eos notarios, quorum transumpta pridem dignovimus in Curia Sanctagathensi; secundo, mentem proinde nostram fuisse porrigendi manum denuo subsidiariam viro studioso, qui scrutatione patienti simulque methodica sibi proponat exhaurire tabellionum fontes historicos, utpote quod apud ipsos vena historiae quiescit dives, purior, obiective serena. Pro tractatione hodierna manet schema nostrum bipartitum: hinc subsidia ex Archivo Status Beneventano, illinc ex Archivo Status Casertano atque ex collegiali S. Andreae (Arienzo) archivo comparata.

I

SUBSIDIA EX ARCHIVO STATUS BENEVENTANO

PROSPECTUS GENERALIS

Prospectus generalis nostra interest quatenus viam sternit ad illustrandum tredecennium episcopatus alfonsiani: idcirco, omisis aliis Archivi sectionibus necnon ceteris sectionis nostrae notaribus, eos dumtaxat connotamus qui S. Alfonso praesule floruerunt aut fructuose consuli possunt pro illius processu ordinario vel apo-

(1) *Spic. Hist.* 9 (1961) 479-543.

(2) *Ibid.*, 483, n. 13.

stolico. Universa namque sectio, qualis in Archivi indice manuscripto exhibetur, comprehendit 1075 notarios, quibus adiudicatur moles 15.494 voluminum seu fascium (*pacco, fascio*). Quae quidem summa praevidetur augenda ex proxima accessione archivorum localium, v.gr. tabellionum, qui minus apte iacent in castello S. Angeli «dei Lombardi».

Huius porro sectionis summa capita afficiunt prae primis loca seu oppida, quae intra ambitum S. Alfonsi pastorem memorantur. Etenim praeter civitatem S. Agathae accensentur in indice oppida sequentia: Airola, Arpaia, Durazzano, Frasso Telesino, Montesarchio (3). De Argentio (Arienzo) seorsim agemus. Ex singulis locis delegimus notarios, quorum actuositas videtur intensior et apud quos colligitur aut colligenda praesumitur messis densior pro scopo nostro alfonsiano.

Ecce quidam elenchus, cui praeponitur numerus ordinis in catalogo manuscripto defixus, simul cum annorum intervallo pro cuiusque activitate.

S. AGATA DEI GOTI

- n. 167. Ciardullo Agostino, 1739-1777. n. 688. Mecchella Francesco, 1774-1810.
 n. 170. Ciardullo Giovanni, 1779-1820. n. 775. Moscarelli Domenico, 1798-1810.
 n. 414. Fermieri Domenico, 1753-1757. n. 741. Nuzzi Angelo, 1751-1799.
 n. 479. Giannelli Angelo, 1778-1788. n. 916. Russo Pietro, 1732-1774.

AIROLA

- n. 8. Aceto Bartolomeo, 1712-1761. n. 126. Carfora Andrea, 1766-1797.
 n. 9. Aceto Carlo, 1751-1809. n. 248. De Bucceris Dom^o, 1731-1788.
 n. 12. Albarella Lorenzo, 1761-1808. n. 318. De Mauro Nicando, 1742-1782.

FRASSO TELESINO

- n. 101. Calandra Ignazio, 1768-1803.

FORCHIA

- n. 976. Urufolino Domenico, 1796-1845.

DURAZZANO

- n. 982 (?). Vacchio Giuseppe, 1751-1794.

Fructus maturiores, ex his protocollis abunde carpenti, patent intuitu facili quando rependitur his foliis, non raro tritis incuria

(3) Oppidum Montesarchio, etsi dioecesi Beneventanae adscriptum, non semel occurrit in epistolis S. Antistitis, propterea quod ibidem castra metabatur densum agmen militum aut armatorum custodum, quibus ille uti vel subvenire cogebatur (*Spic. Hist.*, I. cit., 506, nota 29. - *Lettere di S. A.*, II, 62). Frequentius ipse egit cum regionis praeside civili, cuius Audientia defixa erat extra dioecesim in oppido Montefusco (*Spic. Hist.*, I. cit., nota 12, 13, 26. - *Lettere di S. A.*, I, 502, 527). In archivo Status Abellinensi (Avellino) exploravimus sectionem huius Audientiae (Sala XII, Sc. 1-4. Atti civili della Regia Udienza di Montefusco, 1670-1876); nihilominus ex ipsius indice nullum eorum instrumentorum cepimus, quae in cassum speravimus supravixisse quasi vestigia zelantissimi Praesulis.

temporum, adhaesisse illius aetatis vitam quotidianam, nempe familiarem, religiosam, oeconomicam, privatam et publicam. Quandoque, ultra interventus S. Praesulis statim infra memorandos, adducuntur aliorum res gestae cum actibus Episcopi colligandae. Ita quidem collustrantur personae physicae aut morales, sodalitia, paroeciae, monasteria (4), professiones religiosas (5), lites transactionesve aliaque id generis, quae historico alfonsiano haud licet ignorare. Claescent similitur nuptiarum mores, capitulationes ante matrimonium, cappellarum et cappellanorum instituta, feudorum iura atque obligationes, funerum et sepulturae consuetudines: adeo ut nequeat historicus ubivis tutius quam in notariis conclusiones suas desumere.

PROSPECTUS SPECIALIS

Praehabita ergo notariorum segete in universum, eiusdem unum alterumve manipulum prehendamus, speciatim notarium S. Alfonso magis familiarem, qualis an. 1762-1767 existit S. Agathae D. Augustinus Ciardullo. Mox enucleandas suscipiemus nonnullas quaestiones, quo rectius intelligantur respectiva instrumenta infra alleganda.

Ecce igitur summa instrumentorum, quibus D. Augustinus Ciardullo acquievit voluntati S. Alfonsi stipulantis :

1. - *Pacco 7029, an. 1762, f. 547.* « Inventarium pro Ill.mo et R.mo Ep^o D.no D. Alfonso de Liguori ». - Huius Inventarii co-

(4) Sufficiat duo recolare. Monasterium PP. Conventualium (*Spic. Hist.*, I. cit. 507, 8, n. 1) die 8 nov. an. 1767 subscribit instrumentum, quo nobis praebetur status Communitatis: « Costituti i RR. P. Guardiano e PP. della Ven. Comunità di S. Francesco d'Assisi de' Minori Conventuali di questà città, cioè il M.to R. P. Maestro Pompeo Tarentino guardiano, P.re Reg.te Nicola Sogliacco, P. Reg.te Gio. B^a Settembre, P. Anselmo Diodato, P. Luigi Albanese, P. Bonaventura Fermiero, P. F.co Merola e P. Giuseppe Santangelo... » (Not. Ciardullo Agostino, an. 1767, f. 393v.). Agebatur de vendenda aut locanda domo ex consensu Communitatis. - Aliud instrumentum respicit monasterium PP. Benedictinorum in Airola situm, nempe « Ven. Monastero della Benedettina Congregazione Olivetana », cuius abbas nuncupatur D. Carolus Mirano et in quo morabantur septem Patres: ex his alius dicitur « curato » S. Viti, alius S. Laurentii. *Ibid.*, Not. Aceto Carlo, an. 1763, f. 82r: die 11 septembris.

(5) In Processu Ordinario S. Agathae (III, f. 1382) sacerdos D. Ioannes Mango, ex Airola ortus, enarrat quo pacto ipse S. Praesulem invitaverit ut vota religiosa susciperet utriusque suae sororis in monasterio Reginae Caeli. Huius professionis praeludia nobis refert instrumentum notarile, quo die sabbati 24 septembris an. 1763 utraque novitia, scilicet « Suor Maria Aurelia, nel secolo D. M^a Caterina Mango » et « Suor Maria Cherubina, nel secolo D. M^a Giustina Mango » coram abbatisa Maria Toggia subscribunt bonorum renuntiationem in commodum R. D. Ioannis Mango eiusque fratrum. *Ibid.* Not. Aceto Carlo, an. 1763, f. 904-908. Quoad S. Alfonsum attinet, non solum illa die praedicavit, sed hospes praefati sacerdotis exercuit mortificationem (« mangiò la porzione che spettava ad un mio cagnolino », praeter absinthium quod degustavit), donavit illi suam *Theologiam Moralem* pro quodam libro prohibito, perperam in bibliotheca exposito, ac demum concionem habuit coetui ecclesiastico ad ipsum salutandum accedenti. - Super transactione post decennium a S. Alfonso probata in beneficium huius sacerdotis, cfr *Lettere*, II, 256.

piam, ex archivo Curiae tractam, nuper edidimus (*Spic. Hist.* 9 [1961] 518). Attamen a copia aberat caput seu initium instrumenti, quod impraesentiarum adiungimus ad penitiolem facti intelligentiam (*Doc. I*).

2. - *Pacco 7031, an. 1763, f. 193.* «Compromissum pro Ill.mo e R.mo Ep° D.no D. Alfonso de Liguori et D. D. Johanne Zuppa». Incipit: «Die vigesima nona m. aprilis millesimo septingentesimo sexagesimo tertio S. Agathae Gothorum. Constituti nella nostra presenza l'Ill.mo e R.mo Sig. D. Alfonso M^a di Liguoro, degnissimo Vesc° di questa città di S. Agata de' Goti e Sessola [*sic*], Barone di Bagnoli e Rettore Maggiore della Congregazione del SS.mo Redentore..., e 'l Dr. Fisico D. Giovanni Zuppa della Real Terra di Durazzano...». - Longum instrumentum minoris momenti pro historia nostra.

Ibid., f. 469v. «Cessio hereditatis [*sic*] pro D.no D. Hercule di Liguori». - Ecce succinctum transumptum: «Die vigesima nona m. novembris millesimo septingentesimo sexagesimo tertio S. Agathae Gothorum. Constituti nella nostra presenza l'Ill.mo e R.mo Sig. D. Alfonso de Liguori, odierno Monsig. Vesc° ... Ed il R. Sig. can° D. Gioacchino Cesare, procuratore dell'Ecc.mo Sig. D. Ercole Liguori, patrizio napoletano, fratello germano di d° Ill.mo e R.mo Sig. Vesc°... Detto Ill.mo e R.mo Monsig. Vesc° asserisce... ritrovarsi creditore e dover conseguire dal mag.co Giacomo di Ciervo, fittatore della massaria del feudo di castello di Bagnoli in doc. trecento ventinove e grana sessanta... E comeche ritrovasi debitore d° Ill.mo e R.mo Monsig. Vesc° al d° Sig. D. Ercole di lui fratello in più migliaia di docati, mutuatili sin dal tempo che si portò al possesso di questo Vescovato, perciò in conto di d° suo debito ha risoluto voler cedere, rinunciare et in solutum dare il sud° credito di doc. ventinove e grana settanta... E fatta l'assertiva... Praesentibus...». - Agitur ergo de quaestionibus pecuniariis non semel agitatis inter S. Alfonsum episcopum eiusque fratrem D. Herculem (6).

3. - *Pacco 7032, an. 1765, f. 353v.* «Pro Monasterio S.M.ae Constantinopolis. Promissio et obligatio» (*Doc. II*).

Ibid., f. 461. «Emptio pro Ill.mo e R.mo Episcopo D. Alphonso Maria de Liguoro». Ecce succinctum transumptum: «Die septima m. septembris millesimo septingentesimo sexagesimo quinto

(6) S. Alfonsus suscepturus infulas episcopales mutuatus erat a fratre suo 4.000 circiter ducatus (*Lettere di S. A.*, I, 469). Praeter debita ob expensas initio muneris subeundas, cumlavavit alia in utilitatem seminarii struendi (*Ibid.*, 478). Ceterum debita S. Praesulis erga fratrem suum stabant etiam post biennium (*Ibid.*, 576).

S. Agathae Gothorum. Constituti M.ro Francesco Calandri della Terra di Frasso... E l'Ill.mo e R.mo Monsig. D. Alfonso M^a Liguori, Vesc°... Il sud° M.ro Francesco spontaneamente asserisce di possedere... una porzione di giardino in d^a Terra di Frasso, nel luogo d° sopra il Duomo... E fatta l'assertiva d° M.ro Francesco è venuto a convenzione col riferito Ill.mo e R.mo Monsig. Liguoro presente e ha venduto il giardino come di sopra per ducati trenta ».

- Valde probabiliter agitur de emptione horti intuitu ecclesiae paroecialis construendae, de qua diu mansit anxius (7). Ceterum instrumento adnectitur delineatio territorii ibique legitur ad horti confines occiduos: « Muro della vigna del Sig. Arciprete », id est, archipresbyteri D. Francisci de Filippo, circa quem non pauca in medium nuper protulimus (8).

4. - *Pacco 7033, an. 1766.* - Primordia sanctagathensia Monialium SS. Redemptoris ansam praebuerunt, ut hoc anno ac sequenti conficerentur plura instrumenta, quorum praecipua dumtaxat connotamus:

f. 263. « Pro monasterio S. Mariae Constantinopolis. Apertura et clausura ». (*Doc. III*) (9).

f. 568v. Instrumentum die 2 decembris huius anni subscriptum, quo Mensa Episcopalis condonat D. Antonio Limata, eiusdem locatario, summam duc. 27. 50 ratione paupertatis, qua laborat debitor eiusque numerosa familia.

f. 320v. « Declaratio pro Ven.li Congregatione SS.mi Redemptoris et Ill.mo Ep° D. Alphonso M^a de Liguori ». - Adiuncta huius declarationis statim fusius exponemus (infra 1), ut mox ex lectione textus (*Doc. IV*) appareat illius meritum omni exceptione maius.

5. - *Pacco 7034, an. 1767.* - Omittimus parvi flocci instrumenta, etsi ab historico Monialium revidenda simul cum aliis anni sequentis (*Pacco 7035*), ex. gr.: f. 127, Procuratio cum elencho monialium; f. 143, Promissio; f. 197, Procuratio et quietatio; f. 237, Concessio in emphyteusim. - Sublineamus autem protocollum vere conspicuum huius anni (f. 231), ubi proponuntur Capitulationes prorsus innovatrices, compilatae a S. Alfonso pro futuro asceterii regimine spirituali, canonico ac temporali (*Doc. V*).

f. 271. Testamentum nuncupativum pro Adm. P. P. Hieronymo Ferrara C.SS.R., qui diem supremum obiit in palatio episcopali. (*Doc. VI*).

(7) *Ibid.*, 548-550.

(8) *Spic. Hist.* 9 (1961) 513, nota 40, 525.

(9) Cfr etiam *Spic. Hist.*, 1. cit. 536-541.

Quibus excerptis e protocollis D. Augustini Ciardullo, notarii ordinarii mancipati servitio S. Alfonsi (*Lettere*, I, 529), subdimus compendiatim Actum alius tabellionis propterea quod indirecte nos allicit ad rependendam agendi rationem S. Alfonsi coram duce Maddaloni, quamdiu S. Agathae saeviit durissima egestas an. 1764. Ecce instrumentum.

Pacco 8171-8173. - Not. Nuzzi Angelo, an. 1764, f. 80v. « Actus [in Alphabeto initiali nuncupatur *Declaratio*] pro Excell.mo Duce Magdaloni » (*Doc.* VII).

Intra hunc prospectum specialem iuvat nunc resumere quasdam intrumentorum circumstantias, ut his praecognitis scopus illorum et pondus historicum cunctis pateant.

I. - *Declaratio S. A. pro Congregatione SS. Redemptoris.*

Quoniam supra (p. 5) antemismus super hac declaratione nostrum iudicium, illud nunc breviter fulcimus revocando ad trutinam circumstantias in quibus stipulatum fuit instrumentum ac praemittendo sortes adversas quae fatigarant domum Iuranensem (Ciorani).

Enimvero fundatio haec, intra Salernitanam circumscriptionem sita, digna erat quae a P. Landi compellaretur « mater et caput totius Instituti » (10): siquidem non solum ratione ortus sui praecedebat caeteras, verum etiam superabat firmiore convallatione oeconomica. Hanc sane S. Alfonsus ab an. 1735 susceperat e munifico sacerdote D. Andrea Sarnelli, qui probante atque afflante patre suo D. Angelo Sarnelli, primo (11) Iuranorum barone, donavit in beneficium missionariorum ac signanter S. Alfonsi bona immobilia mobiliaque in instrumento citando recensita: donationem vero deinceps confirmare et pro temporum mutatione aptare perrexit, ne missionum opus salvificum caperet detrimentum ex subdolis auctoritatis civilis machinationibus atque ex aperta novi baronis oppositione.

Baro hic D. Nicolaus Maria Sarnelli, ab an. 1744 uxoratus (12), vixdum feudi habenas ipse suscepit (13), tenax ac diu-

(10) « Ciorani, piccola terra di circa 700 anime... Questa casa è stata come la madre, ed oggi è il capo dell'Istituto ». G. LANDI, *Istoria*, I, f. 80.

(11) D. Angelus Sarnelli an. 1712-1714 pretio dato sibi acquisivit iura feudalia super oppido Ciorani eiusque « pertinentiis ».

(12) « A dì diecinove marzo 1744. D. Nicola Maria Sarnelli della parr^a di S. Giovanni Maggiore e D. Gaetana Maria Giordano, di mia parr^a, olim della parr^a di S. Giovanni in Porta, ambi napoletani non più casati, sono stati uniti in matrimonio... Presenti per testimoni D. Angelo Sarnelli, D. Domenico Giordano, R.do D. Anselmo Mauro ed altri ». - Arch. Parr. S. Maria Maggiore, Lib. V Matrim. (1735-1781) f. 34v.

(13) Tempus quo patris sui successionem excepit, nemo hactenus definivit; sed com-

turnum bellum missionariis indixit quin patris fratrumque placitis gereret morem; sed e contra, nullatenus parcens sumptibus ac mediis, etiam parum iustis, voluntatem hostilem an. 1755 iam veneniferam perduxit postmodum ad extremas consequentias, ratus se fratris sui donationem annullare non posse nisi per Instituti alfonsiani destructionem, quam sequenti decennio extorquere nisus est plurimo intentato recurso ad tribunalia regia.

Agedum, sub finem huius decennii, anno nempe 1766 quo signata fuit coram notario declaratio S. Praesulis pro sua Congregatione, huic supra modum infensae videbantur circumstantiae generales regni neapolitani, ex eo praesertim natae quod, suppressa in partibus Lusitaniae atque Galliae Societate Iesu, impendebat quoque intra regnum neapolitanum eadem clades non solum militiae ignatianae, verum aliis religiosis institutionibus: prae primis Congregationi SS. Redemptoris, adversus quam hisce diebus an. 1766 convergebant Neapoli tela coniurationis orsae Iuranis ex barone Sarnelli, alitae quoque Iliceti a praepotente viro Francesco Antonio Maffei (14). Huic coniurationi sese valide oppositurus, mense iulio an. 1767 S. Alfonsus petiit Neapolim, ubi tam verbis scriptisque (15) quam sanctimoniae fulgore adeptus est felicem pro causa sua exitum.

Prius tamen quam litigationis acerbitas in peius abiret ac necessarias coram regiis tribunalibus exigeret contestationes S. Fundatoris, hic obviare tentaverat periculo suppressionis domus Iuranensis: quem in finem die 25 augusti an. 1766 coram notario D. Augustino Ciardullo prompsit ac ratam habuit declarationem infra exscriptam (*Doc. IV*). Profecto eiusmodi documentum pollet narrationis sinceritate, obsequio erga regem eiusque ministros, agendorum prudentia, probitate iuridica; ast simul evolvitur calliditate quadam, in illis adiunctis prorsus inderogabili. Etenim declarationis scopus ultimus in id protendebatur, ut bona praesertim immobilia foundationis Iuranensis transferrentur in dominium profectumque alterius domus, etsi extra regni confines inscriptae, si quando obveniret collegii Iuranensis abolitio. Reipsa, ni fallimur, S. Fundatoris mens convertebatur in perfugium S. Angeli a Cupolo intra Statum Pontificium, haud secus ac sese gesserunt Societatis

prehendit saltem annum 1755; quandoquidem die 7 decembris huius anni subscripsit cum archiepiscopo Salernitano transactionem circa donationem fratris sui D. Andreae pridem defuncti. *Lettere di S. A.*, II, 34. - Vide etiam: I, 356.

(14) *Ibid.*, II, 39.

(15) *Ibid.*, II, 27-40. Lunga factorum expositio regi Ferdinando porrecta, quae aestimari potest tanquam clavis ad explicandum instrumentum notarile anni praecedentis. Item: relatio compendiosa pro avvocato D. Caietano Celano; *ibid.*, 42.

Iesu rectores, qui fundos suos in regno pinguiore cesserant quoad titulum proprietatis Collegio Romano; attamen eo ipso indiguit cautela vigilantiore S. Alfonsus, dum suam mentem aperuit in instrumento mox exhibendo.

2. - *Capitulationes pro monasterio S. M. de Constantinopoli.*

Hoc protocollum supra definivimus qualitative conspicuum, videlicet intra illius temporis personarumque adiuncta, quae innovationes S. Praesulis copioso lumine conspergunt, propterea quod ex una parte his capitulationibus sospitavit quaedam gubernatorum laicalium iura, ex alia vero eisdem anteposuit bona altioris ordinis, tranquillitatem nempe asceterii, monialium spiritualem progressum atque regiminis interni independentiam canonicam.

Enimvero quatenus ortum olim erat monasterium titulo Conservatorii ac fulcitur opibus hereditatis ducis Cosso (16), subiacuisse legibus, usibus atque abusibus tunc temporis suetis ex gubernatorum laicorum interventu. Hic sane interventus apud conservatoria, quae sub ditione regia tenebantur, praefiniebat etiam in minimis non solum communitatis res oeconomicas, verum etiam spirituales atque regulares, depulsa aut annullata quavis Ordinarii loci iurisdictione (17). Inde promanarunt S. Alfonsi lamentationes et cautelae in quodam casu parallelo suae dioecesis (18). Hinc etiam facile eruitur cur monasterio S. Mariae de Constantinopoli, ad vitam novam surgenti ex immissione monialium SS. Redemptoris, volue-

(16) Huius familiae memoria prostat incisa in pervetusto lapide ad ingressum ecclesiae SS. Annuntiationis: « Deo Opt. Max. / Et Deiparae Virgini Annuntiationis / Titulo insigni sacellum tectum / Portamque marmoream et pone altare / Subsellia Jo. Bapt^{ae} Barzillus / Jo. Nicolaus Saxa et Caelius Benedictus / Collegae operisque praefecti diligenter / et fideliter insturarunt posueruntque / Anno a salutari Christi ortu M.D. LXIII. / Tempore vero gubernationis istius / Civitatis magnificorum Marcelli Sabaste / Jo. is Caroli de Stabile Jo. is / Antonii Ferraiolo et Dominici Cosse [sic] ».

(17) In exemplum adducimus Conservatorium Tramonti non ita pridem a nobis illustratum (*Spic. Hist.* 10[1962] 188): « Licenze che danno li Sig.ri Delegato e Governatori del Conservatorio di Pocara alle figliole di esso per uscire a fine di poi ivi monacarsi. Aprile 1725 ». Licentiae exquisitae pro Anna Santelia respondet regius delegatus S. Mutius di Maio: « Li 15 aprile 1725. Si concede licenza d'uscire per farsi monaca, purché li Sig.ri Governatori e Priora non ivi abbiano cosa in contrario. Maio. - D. F.co Antonio Baccari governatore do il mio assenso. Io Suor Buonaventura dello Spirito Santo, Priora di S. Giuseppe di Pocara, volontarie ne presto l'assenso. F.co Ant^o Sparano do il consenso ut supra. Gio. B^a Baronia do il consenso ut supra ». Arch. di Curia, Amalfi, Tramontium, Ingressus et vestitio monialium (1715-1905). Uti liquet, in casu agitur potius de puellarum Conservatorio; sed modus agendi absque interventu Episcopi valet pro quocumque convictorio aut monasterio femineo sub regia ditione.

(18) « Se il monastero [oppidi Frasso] debba essere regio, come temo che pretendano i secolari [gubernatores]: nel qual caso io da ora mi protesto che, in quanto a far ottenere la clausura, se il monastero non è di giurisdizione del vescovo, io mi guarderò di metterci mano ». *Lettere di S. A.*, I 533.

rit intimare capitulationes consentaneas pro ferventiore sanctimonialium vita religiosa. Huc etenim recto tramite confluunt universi canones, prudentia et experientia fecundi, quibus praescivit ad minimas redigere partes Gubernatoribus laicis concreditas in futura Monasterii progressionem. Absque dubio id per capitulationes assequi potuit, quia duo caeteri in gubernatione socii videbantur acti christiana erga moniales deditio ac sincero versus Episcopum affectionis obsequio; at valde probabiliter uti etiam debuit arte suaviter ac fortiter persuadendi.

Artem similiter personalem prodit ipse in capitulationibus, quae spectant ad sumptus faciendos a communitate, minime vero a singulis monialibus, pro solemnitate vestitionis vel professionis aut pro gerendis monasterii officiis. Absurda fortasse censebuntur hodie eiusmodi vetita, quibus id temporis contraibant pervicaciter tam moniales quam eorum familiae, falso honoris puncto compulsae: ex quo enim in praefatis occasionibus sanctimonialis quaedam concivem monialem superabat luxu ac dispendio, refundebatur in huius familiam dedecus humiliationis: hinc aemulationes, invidiae, expensarum inutile incrementum, quod S. Alfonsus calamo vivaci non semel deploravit (19) et quod ipsemet neapolitanus rex recidere in cassum tentavit ense ligneo, id est, «sub gravi poena regiae indignationis» (20). Idcirco aestimanda erat efficacior capitulationum praxis, qua instituebatur novus ordo ad solemnia in Monasterio peragenda sumptibus communibus, minime autem privatis. Ceteroquin in monasterio Scalensi, unde sanctimoniales Fundatrices in S. Agatham advenerant, vigeat ab initio haud dissimilis ordo restrictivus, quem illis diebus sacrarant ac firmaverant Constitutiones an. 1764 (21).

Quoad dotes in capitulationibus praefixas sive pro choristis et conversis sive pro educandis nihil observandum occurrit nisi quod earum summa capitalis, haud parvi aestimanda in civitate potissimum agricolari, praesignat sat altum educationis stadium monasterio a S. Fundatore adiudicatum. Equidem spiritum illius aevi quadamtenus sapit conditio progeniei honorabilis (*proporzionata civiltà*), intimanda (n. 6) puellis advenis ante earum receptionem.

(19) Cfr *La Vera Sposa di Gesù Cristo*, cap. IX, n. 7-8, Roma (ed. crit.) 1935, 332-335.

(20) «Per gli ufficj della Sagrestia, del Cellariato ed altri, affatto non soffrano spesa veruna, ma questa vadi a conto del monastero... sotto la grave pena della Reale indignazione». (Edictum diei 21 augusti an. 1779). - *Dizionario delle leggi del Regno di Napoli*, III, art. Monasteri di donne, Napoli 1788, 90.

(21) *Costituzioni per le Monache de' monasteri del SS. Redentore*, Napoli 1764, 38-39.

3. - *Testamentum P. Hieronymi Ferrara.*

Iure sibi locum vindicat in nostro articulo testamentaria voluntas P. Hieronymi Ferrara, utpote quae non solum inedita, sed etiam manifestata coram notario et subscripta intra domesticos parietes palatii episcopalis, sub cuius praesidium ille serena morte quievit. Testamentum praeterea suscitatur quaestionem magis generalem, praesentiam nempe sodalium SS. Redemptoris in aedibus S. Praesulis. Equidem S. Fundator expertus est animi angores non semel obortos viris religiosis, qui extemplo advocantur ac reciduntur a proprio et familiari claustrum tepore ut genus vitae novum ineant intus episcopii mansiones fortasse expertes intimae domesticae etiam pro antistite necessariae. Unde frequenter surgit obvium crucians dilemma: aut neoeppiscopus votis religionis hactenus ligatus sociat sibi unum pluresve Instituti sodales instar familiae suae privatae cum periculo minus placendi ecclesiasticis dioecesanis, aut remorari cogitur in solitudine fere quotidiana, famulorum servitio unice obnoxius, sui prioris coenobii fraternae gaudia excupiens.

Huius disiunctionis extremos aculeos passus est quoque S. Alfonsus, qui vixdum ad episcopium Sanctagathense accessit, angulum ibidem adsignavit P. Angelo Maione, Congregationis alumno, tamquam confessario ac in rebus privatis consiliario. Nihilominus P. Maione, pertaesus otii ac reclusionis, noluit sub S. Agathae coelo sibi acquirere domicilium duratione interminum: quare post septem vel octo commorationis menses a sede discessit, quin ulterius obsecundaret sinceris blandisque (22) votis S. Fundatoris, qui frustra a Vicario Generali suae Congregationis expetivit ut in locum P. Maione abeuntis sufficeretur continuo alius Instituti sodalis chorista (23).

Frustrato S. Alfonsi desiderio partim satisfecit praesentia continua fratris coadiutoris Francisci Antonii Romito. Is equidem ortu neapolitanus, mentis acie ac iudicii discretione valde commendatus (24), delectus est quadragenarius an. 1762 ut prope

(22) Vota sua S. Alfonsus mandabat die 27 martii an. 1763 Vicario Generali Rev.mo P. Villani: « Procurete d'animare il P. Maione ad aiutare me povero vecchio, malato e pieno di scrupoli e di angustie, dicendogli che così fa certamente la volontà di Dio e fa una gran carità, mentre esso mi piace, sta ritirato, da edificazione, non s'intriga, m'aiuta ne' consigli, nelle prediche, negli esami... Dico di buona voglia: perché se ci sta di mala voglia, è meglio che se ne vada ». - *Lettere di S. A.*, I, 501.

(23) In eadem epistola insinuat nomina eorum, qui poterant aptius fungi eodem munere: PP. Cimino, Caione, Gallo, Picone.

(24) *Ibid.*, 558. - In Processu Ordinario Nucerinum (III, f. 126r ss.) enarrat se baptizatum fuisse in paroecia S. Mariae. « in Cosmedin » seu Portae Novae atque habuisse cum S.

S. Alfonsum neoantistitem assumeret munia, quae usque ad illius mortem fideliter atque efficaciter explevit, nempe administri domus in rebus oeconomicis, secretarii amanuensis pro scriptis privatis aut edendis (25), lectoris ac socii in meditationibus vel precibus, nosocomii aut saltem curatoris pro morbis medicandis. Inde elucet quanti ponderis devenerint illius declarationes in processu ordinario nucerino necnon in processu apostolico ad virtutes S. Alfonsi ponderandas et quare voluerit sanctus senex, ultimum suum testamentum conditurus, solvere grati animi debitum erga hunc fidum abnegati servitii dispensatorem (26).

Privationem itaque alumni choristae permanentemente addicto suae familiae episcopali temperavit S. Alfonsus excipiens benignitate paterna cunctos filios suos ad illum identidem accedentes, sive visitationis gratia, sive ministeria exercendi necessitate, sive demum causa illum diutius iuvandi in librorum compositione aut editione (27). Ex his sodalibus, quos longum esset recensere, nunc solummodo discernimus Adm. R. P. Hieronymum Ferrara, qui vere excelluit obsequio et amore erga S. Fundatorem ac inter Episcopi absentis familiares exspirans ad supernam patriam conscendit, praesignato testamento infra a nobis relato.

Equidem P. Ferrara promicat lumine proprio inter eximios S. Alfonsi discipulos, magis adhuc inter eos qui sancto Praesuli vicinitus adstiterunt. Natalia ipse habuit in oppido Teora, dioecesis Compsanae (Conza), die 15 iunii an. 1715 iuxta opinionem hucusque vulgatam (28), fortasse in novum iudicium revocandam.

Alfonso primum colloquium an. 1744 apud D. Ioannem Olivieri, sancti missionarii filium spiritualem.

(25) *Lettere di S. A.*, III, 361.

(26) «Lascia a beneficio di Fratello Francesco Antonio Romito docati cinquanta subito secuta la di lui morte per ricompensa della buona servitù fattali per più anni». Cfr. *S. Alfonso de Liguori. Contributi bio-bibliografici*, Brescia 1940, 251. Donationem memorans in praefato Processu subdit Fr. Romito se recepisse summam ante obitum S. Praesulis, qui mentem suam aperiens suasit donatario ut ducatus porrigeret futuro suo superiori ad huius benevolentiam sibi conciliandam (Proc. Ord. Nuc., III, f. 1317).

(27) *Lettere*, II, 258. - Agitur de P. Mancusi, cuius valida cooperatio ad versionem Psalmorum complendam evincitur ex S. Praesulis attestazione.

(28) Opinionem vulgatam confirmare aut revidere cupientes invisimus nuper pa-rocciam Teorae, cuius superstes *Liber Baptizatorum* (1713-1729) recenset infantium baptizatorum nomina, non quidem ordine chronologico, sed alphabetico: unde in casu nostro infantes nomine Hieronymi miscentur initialibus foliis G., H., J., I., prout una vel altera nominis pronuntiatio innuebat cuivis parochi folium inscriptionis. Post accuratam porro Libri lectionem nos latuit actus baptismi sub nomine Hieronymi Ferrara, nisi de illo agatur sequenti inscriptione (fol. 1): «Antonio Domenico nato dal mag.co Vicenzo Ferraro et mag.ca Stella Fiore coniugi da legitimo matrimonio il dì dieci di luglio, battezzato... il dì undeci luglio dell'anno mille settecento tredici». Post sexennium ex eodem matrimonio nascitur (fol. 85v) Isabella. - Iisdem annis connotantur (ff. 45v., 77v.) alii coniuges: Petrus Ferraro cum Donata Pannua, Blasius Ferraro cum Maria Ferraro; sed ipsis non apponitur

Sacerdotio in aetate iuniore actus (29), sese mancipavit servitio paroeciae Teorae vel seminarii, donec an. 1746 cognovit S. Alfonso in missione Capitis Silaris (Caposele) concionantem statimque captus est intimo eum insequendi desiderio: quod sane, ardentius mox effectum ex lectione opellae alfonsianae super SS. Sacramento (30), complere tandem potuit intra Iuranensem novitium, fortiter inter familiae suae procellas (31) adiutus consilio et praecepto S. Fundatoris (32).

Extra rem nostram nunc est comitari P. Ferrara in Instituto alfonsiano humaniores litteras docentem, laboribus missionariis deditum aut superioris vel consultoris generalis munere fungentem. Sublineare potius iuvat illum, magni aestimatum a S. Fundatore tanquam religiosum sibi mortuum (33) ceterisque in regulari disciplina vigilax exemplar (34), suam pariter collaborationem

qualificativus « magnificus », qui aptior videtur familiae nostri D. Hieronymi. Nequimus igitur confirmare opinionem vulgatam, et fortasse opus erit revidere illam, quae figit in oppido Lione cunabula occasionalia D. Hieronymi.

(29) Diem et annum, hucusque incognitum, quo D. Hieronymus Ferrara factus est sacerdos, notum nobis probabiliter reddet exploratio ex-Curiae Compasanae. Interea ecce Actus iunioris sacerdotis: « In grano significo debitore il medesimo Sig. arciprete Fiore nell'annunciata somma di tommola ventitrè: qual grano consegnerà subito all'attual Procuratore della parrocchial chiesa di S. Nicola R.D. Geronimo Ferraro. Teora li 27 gbre 1739. Il cantore Gostantini Ragioniere arciv. Deputato ». Et adicitur manu propria Procuratoris: « Die 27 gbris 1739... Ho ricevuto dal D.do arciprete Fiore... D. Girolamo Ferrari, Proc. ». - Arch. Parr., Teora, Bilancio della cappella di S. Nicolò di questa Terra (1721-1746), f. 181v. - Itaque si iuxta vulgatam opinionem natus erat D. Hieronymus Ferrara an. 1715, aegre intelligitur quam praemature ascenderit ad munus procuratoris in paroecia.

(30) Curriculum suae vocationis transcribit P. Kuntz, *Commentaria*, III, 130-138. - Ex illius narratione decerpimus brevem paragraphum: « Nel mese di settembre del medesimo anno [1746], e propriamente nell' nove del mese il cennato D. Alfonso, passò per S. Andrea [di Conza], dove stava il seminario in tempo di estate; ed avendo discorso con esso lei, mi sentii tirare da un genio insensibile, più verso lui che verso la Congregazione, e li cercai insieme con altri del medesimo luogo un libretto delle *Visite* del Sacramento: ed egli dimenticatosi, credo, degli altri ne mandò solamente uno per me: quindi maggiormente si avanzò in me l'affezione verso di lui. Avuto il libretto, non lasciai da quel tempo mai la visita: ed ogni volta che leggevo ivi il distacco dalle cose terrene o da' parenti, la vanità del mondo e cose simili, delle quali n'è pieno il libretto, mi sentiva nell'interno certi rimproveri... ».

(31) Ex S. Alfonsi epistolis (*Lettere*, I) eruimus quod tunc temporis candidatus D. Ferrara habebat fratrem nimis heu! praemature demortuum (p. 127) necnon duas sorores « avanzate di età » (*Ibid.*, 128). Ipsa porro Maria Catherina, quam P. Ferrara moriens instituit heredem universalem, voluerat olim auferre fratrem suum Ilceti novitium: « Arrivò la sorella di D. Geronimo, monaca di casa, chiamata Suor Catarina, facendo non da donna ma da pazza, fracassi. Fu necessario mandare nei Ciorani D. Geronimo e si fè calare sabbato il giorno per lo muro del refettorio nuovo colle scale per non farlo vedere ». KUNTZ, *l. cit.*, 137.

(32) « Io risolutamente son di parere che non si parta [novitius Ferrara] da Ciorani... Le sorelle assolutamente dico che non hanno bisogno della sua assistenza... Lo scrupolo lo metto sopra la coscienza mia ». (*Lettere*, I, 131).

(33) *Ibid.*, 324.

(34) « Col suo censurare, poco si fa amare dagli altri; ma, dico la verità, a me molto giova per mantenere l'osservanza ». *Ibid.*, 408.

litterariam S. Doctori praestitisse. Ipsi namque cessit S. Alfonsus curas vertendi in linguam latinam prima septem capita operis *Practica del confessore* (35). Similiter haud erubuit S. Doctor fateri se, cum exarandum suscepit opus *Cerimonie della Messa*, usum fuisse manuscriptis naviter compilatis a P. Ferrara pridem defuncto (36).

Haec cooperatio filialis cum S. Fundatore strictior in negotiis quoque externis effecta est, ex quo imposita fuit illi sarcina gubernii episcopalis: siquidem P. Ferrara inter eos nominatur, qui neo-Praesulem in spiritu confortarunt ut crucem pastorem amplecteretur (37). Post triennium comperimus illum in civitate S. Agathae rimantem secreto cum S. Alfonso causas S. Pontifici humiliandas, ut ratam ipse habeat mithrae renuntiationem a sancto Antistite suscribendam (38). Diuturnior porro ac notabilior dicenda est an. 1766 commoratio sanctagathensis P. is Ferrara, quippe cui commissum fuit munus comitandi moniales SS. Redemptoris in novum monasterium itinerantes (39) necnon benedicendi hanc domum religiosam eamque vallandi clausurâ canonicâ (*Doc.* III).

Visitationes eiusmodi aliaeque sine dubio satis frequentes nobis porrigunt ansam ad intelligendas mortis ac testamenti circumstantias in palatio sanctagathensi, a quo mensibus aestivis an. 1767 aberat S. Alfonsus, Neapolim revocatus ut se ipse coram offerret tanquam clypeum suae Congregationis a regiis ministris divexatae. Interea P. Ferrara, cuius valetudo incommodo gravi pessumdata erat, deliberavit ex medicorum superiorumque consilio accedere ad aquas thermales oppidi Telese, haud nimis procul a civitate S. Agathae; in hac tamen constitit oppressus febris in dies gravescente: quamobrem ad palatium episcopale, ubi ipse iacebat, convocato publico notario D. Augustino Ciardullo, eidem die 22 augusti an. 1767 dictavit ultimum testamentum infra exscribendum (*Doc.* VI) ac postridie, omnibus Ecclesiae sacramentis munitus, pie sese in Domino obdormivit, inde laetus quod, corpore absens a sua communitate, huius supplementum invenerat in palatio S. Fundatoris (40).

(35) *Ibid.*, III, 36, 38.

(36) *Ibid.*, III, 338.

(37) *Spic. Hist.* 9(1961) 288.

(38) *Lettere*, I, 558.

(39) *Spic. Hist.*, l. cit., 538.

(40) « Consolavasi ancora, che moriva nel palazzo di un S. Vescovo, quale era Monsignor Liguori ». A. DE RISIO, *Croniche della Congregazione del Santissimo Redentore*, I, Palermo 1858, 324.

4. - *Penuria gravissima an. 1764.*

Praecommentatis instrumentis tabellionis D. Augustini Ciardullo miscemus ultimo loco declarationem a notario D. Angelo Nuzzi ratihabitam, qua attingimus facta cum S. Praesule connexa, quanquam eiusdem nomen exsulat a documento. Facta respiciunt gravissimam penuriam ac subsequentem pestilentiam an. 1764 per totum regnum grassantem. Ex communicationibus secretis, v.gr. Nuntii neapolitani ad S. Sedem, liquet regios ministros fuisse impares atque ineptos in praevenienda ac reparanda malorum colluvie; quin etiam, plane constat proceres non paucos, incuriosos plebis in suis feudis lacescitae fame oclusisse horrea castelli aut palatii eaque in severam custodiam cecidisse administratoribus fidis, sed immisericordibus.

Ita contigit in civitate S. Agathae, ubi D. Carolus Carafa, dux Maddaloni, servitio regis mancipatus abdicaverat in manus sui delegati curam acervandi et abscondendi frumentum donec huius pretium magni licitaretur. Fames autem civium non patiebatur moras: quare concitata plebis seditione prorupit foras ira esurientium, qui et municipii praesidem aliumque «electum» probris affecerunt et frumenti «ducalis» sepositas acervationes redemerunt pretio aequo iuxta populi aestimationem. Tum vero cerneret S. Alfonsum, cui interdum nonnulli apponunt lapillum timiditatis, occurrentem serena Pastoris dignitate gregi tumultuanti ac, e duce Maddaloni absente, iustitiam feudalem reclamanti: gregem namque concione publica nisus est placare, ducem vero per epistolas attrahere in misericordiae sensus erga reos, dumtaxat noxios miseriae atque extremae necessitatis.

Haec igitur veritas historica, ex S. Antistitis epistolis fluens (40^a), damnat procul dubio rationem agendi tum ducis Maddaloni, tum eiusdem administratoris D. Francisci A. Mostillo: qui, fortasse ex morsu conscientiae aut quasi praesagi damnationis prolatae a publica opinione, hanc in proprium honorem voluerunt convertere ideoque dictarunt coram notario declarationem plus minusve falsidicam et protocollarem (*Doc. VII A*).

Quae sane dictatio notario intimata arcere non valuit egesta-

(40^a) *Lettere*, I, 515, 519, 527. Quoniam secundam epistolam die 20 februarii inchoat S. Alfonsus percussus gravi civium rebellione contra eorum Electos («Io scrivo ancora atterrito»), ecce istorum nomina: «Die 18 mensis februarii 1764. Costituti... li mag.ci Dr. fisico D. Domenico Cervo, Filippo Bagnoli e Fortunato Mauro, Eletti al governo della Università [*id est, municipii*] di questa città...». Arc. di Stato, Benevento, Prot. Not., Pacco 8171, Nunzi Angelo, an 1764, f. 15v. - Tales electi cum instrumento publico ius furni seu panificii concesserunt. In praefata epistola (p. 520) inducit S. Alfonsus electum Moscatelli plebis contumeliis prostratum.

tem communem, qua ingruente et iactantibus minas viritim exactoribus vectigalium regiis coacti sunt cives sanctagathenses anno sequenti adire sacram Ferdinandi maiestatem, ut saltem dilationem in tributis solvendis consequerentur (*Doc. VII B*).

II

SUBSIDIA EX ARCHIVO STATUS CASERTANO
ET EX COLLEGIALI S. ANDREAE (Arienzo)

PROSPECTUS GENERALIS. CASERTA

Quandoquidem S. Alfonsus vixit ultra dimidiam partem sui tredecennii episcopalis in oppido Argentii (Arienzo), nostri muneris duximus scrutari huius oppidi et regionis tabelliones: quos olim apud sedem S. Mariae a Capua Vetere a nobis praelibatos, comperimus hodie in Archivo Status civitatis Casertae. Penes huius sectionem, quae potissimum commendatur protocollis ineditis, adest in promptu catalogus notariorum generalis ab an. 1400 ad 1800 protractus, in quo recensentur 2827 fascēs (*pacco*) cum respectivo numero «d'ordine» 1247. Ex angulo nostro alfonsiano perplacet volvere protocolla, quae directe vel indirecte nonnihil conferunt ad aevum S. Fundatoris revocandum in quibusdam locis vel oppidis: Arienzo, Nola (cum S. Paolo Belsito), Formicola, Teano, Caiazzo, Marigliano. Proxime equidem edemus communicationem super conservatorio Marigliani, ubi Ven. Maria Caelestis Crostarosa initiari voluit observantiae claustrali.

Interea en tibi notarios Argentii, S. Alfonsi coevos, apud sectionem Casertanam consulendos: primus numerus signat fascem (*pacco*), secundos ipsius ordinem in elencho, tertius annos activitatis cuiusque notarii.

ARIENZO

- Pacco 1556-766: Bergamo (de) Nicola, 1763-1775.
 » 1288-680: De Lucia Giovanni, 1764-1800.
 » 1375-703: De Lucia Domenico, 1766-1806.
 » 1401-710: Bernardo Agostino, 1759-1779.
 » 1813-887: Morgillo Vincenzo, 1771-1800.

Quoad fructus ex his atque ex caeteris protocollis iam collectos et colligendos valent adnotationes initio huius articuli praepositae, videlicet: quod ex ipsis sugere licet copiosas indicationes ad historiam alfonsianam in circumstantiis temporum personarumque reponendam.

Praeter hanc messem ordinariam affulgebat nobis spes carpendi fructum concretum, id est, notarium alfonsianum qui rogatu S. Praesulis exaravit Argentii instrumentum valde pretiosum, quale iure existimatur illius primum testamentum. Dolemus sane quod hucusque sive Casertae sive Capuae Veteris sive Neapoli nequivit a nobis impleri haec lacuna. Factum vero itemque nomen tabellionis perstat indubium ex testimonio publico ipsius S. Alfonsi post decennium adserentis in ultimo suo testamento: «Dichiara avere negli anni passati fatta donazione irrevocabile tra vivi a beneficio di d° Ill.mo Sig. D. Ercole suo fratello ed erede in virtù d'istromento di donazione, stipulato per mano del Not. Girolamo Carfora d'Arienzo...» (41).

Age vero: quoniam post prolixas ac tenaces indagines hucusque peractas nullum invenimus sive Neapoli, sive Casertae sive alibi praefati D. Hieronymi Carfora, subintraverat in nobis dubium de illius existentia necnon firmabatur suspicio de praesumpto errore praecitatae S. Alfonsi allegationis testamentariae. Nihilominus opus erit fugare eiusmodi dubium, quippe quod in novis documentis obvius nobis fit D. Hieronymus an. 1768 tanquam notarius ecclesiae collegialis S. Andreae (42) atque eodem munere functus describitur in Actu publico mortis suae: «Anno D.ni millesimo septingentesimo nonagesimo tertio 1793, die vero 3 januarij, Mag.cus Notarius ac Doctor D. Hieronymus Carfora, vir mag.cae D. Mariae Angelae d'Ambrosio, aetatis suas annorum 70 in circa, sacramentis Poenitentiae, Eucharistiae et Extremae Unctionis munitus in communionem S. Matris Ecclesiae animam Deo reddidit, et quamvis erat unus ex sodalibus S. Angeli Custodis, attamen se reliquit humari in ecclesia S. Francisci Patrum Cappuccinorum hujus terrae Argentij» (43).

Stat proinde nostrum desiderium quaerendi atque inveniendi testamentum episcopale S. Antistitis, si quando forsan inter protocolla dispersa compareant volumina huius tabellionis.

(41) Cfr S. Alfonso de Liguori. *Contributi bio-bibliografici*, Brescia 1940, 250.

(42) «Dato al mag.co Notar Girolamo Carfora per lo albarano dell'appalto delle vetrate da farsi in S. Giovanni B.tta da mastro Alessandro Bruno 000.20». Arch. della collegiata di S. Andrea, Libro d'Introito ed Esito, an. 1768, f. 20v. - Item alia attestatio: «Testamentum pro R.do D.no can° Theologo D. Angelo Carfora, die 11 maj 1774 Argentij... Nomina i suoi eredi universali e particolari D. Giustiniano Carfora, Notar Girolamo Carfora, Prudenzia Carfora e Beatrice Carfora, tutti quattro suoi cari nipoti, nati dal qm. Giacinto Carfora, suo fratello carnale». Arch. di Stato, Caserta, Prot. Not., pacco 1813, Morgillo Vincenzo, an. 1774, f. 3.

(43) Arch. Parr. S. Andrea, Arienzo, Lib. VI Mort., 1778-1836, f. 87. D. Hieronymus Carfora.

In prima nostra huius archivi visitatione comperimus solummodo libros paroeciales, prouti alias indicavimus (44). Nuper autem comprobavimus restitutos iam fuisse suae sedi codices quosdam, ex quibus eruere licet non paucas notitias circa Collegium S. Andreae, immo et nonnullas circa S. Alfonsum. Ecce librorum tituli :

1. - Conto dell'amministrazione dell'entrate e spese del R. Capitolo di S. Andrea Apostolo della Terra di Arienzo che si porta da me tesoriere D. Alessandro de Nuptijs dalli 18 maggio 1727.

2. - Libro d'introito ed esito dell'insigne Collegio di S. Andrea Apostolo di questa Terra di Arienzo, formato in questo anno 1757.

3. - Nota delle rendite assegnate alle cappelle e chiese unite al R. Collegio di S. Andrea Apostolo, 1728-1759.

4. - Libro quarto delle rendite e li pesi del Collegio di S. Andrea Apostolo della Terra di Arienzo. Continentur in eo notationes, quae respiciunt tempus S. Alfonsi episcopi.

5. - Libro dell'introito ed esito delle cappelle annesse all'insigne collegiata chiesa di S. Andrea Apostolo di Arienzo, 1762-1811. - Initium sumit ab adventu S. Alfonsi in dioecesim atque legenti praebet haud raras indicationes super eleemosynis S. Antistitis (*Doc. VIII*).

1. - *Viduitas famuli Alexii Pollio.*

Cum non ita pridem (45) narravimus per summa capita fidelem ac diuturnam famulatus cooperationem, quam S. Alfonso episcopo praestitit servus Alexius Pollio, imegimus in scopulum uxoris suae: scilicet, dilucidare non valuimus utrum ipse quo tempore an. 1775 ab Argentio discessit, cum S. Alfonso dimissionario petiturus domum Congregationis nucerinam, reliquerit Argentii uxorem an eandem secum prope novum domicilium tulerit. Quaestio sane haud magni momenti soluta decernitur hodie ex Actu mortis nuper reperto: « Anno D.ni millesimo septingentesimo septuagesimo 1770, die vero sexta m.s. decembris. Fortunata Lione, uxor Alexii Polio[*sic*] aetatis suae annorum 23 circiter, sacramento Poenitentiae munita, reliquis vero in voto susceptis, in com-

(44) *Spic. Hist.* 9 (1961) 484, 543. Addendum.

(45) *Spic. Hist.*, 10 (1962) 256-268.

munione Sanctae Matris Ecclesiae diem suum clausit extremum, et in sodalitate S.etae Mariae Gratiarum ejus cadaver humatum est » (46).

Viduus itaque post quattuor matrimonii annos vixit Alexius neque ex hac parte, repositis in tuto duabus filiabus, novit obicem quominus deinceps S. Alfonso pergeret famulari eumque ad Nuceriam comitari.

2. - *Actus mortis Rev.mi D. Flamini Danza.*

Ad dissipanda dubia, quae interdum oborta sunt circa diem atque adiuncta mortis Rev.mi Flamini Danza, praedecessoris in sede sanctagathensi S. Alfonsi, ecce Acta obitus ex originali tracta: « Anno D.ni millesimo septingentesimo sexagesimo secundo 1762, die vero undecima 11 mensis Februarij. Ill.mus et R.mus D.nus D. Flaminius Danza, Episcopus civitatis S.etae Agathae Gothorum, et Suessulae, ac Castri Balneoli Baro, filius qqm. mag. corum D. Andreae et D. Eleonora Conte coniugum Terrae Padulae, aetatis suae annorum 71 incirca, Episcopatus vero 26, in communionem S.M.E. animam Deo reddidit in Palatio Episcopali Terrae Argentij, dioecesis S. Agathae Gothorum, confessus R.do Patri Angelo de Alexandro ordinis carmelitarum ejus ordinario confessorio, et per infrascriptum Archipresbyterum insignis collegiatae S. Andreae Ap.li dictae Terrae Argentij Sacro Viatico refectus ac Sacro Oleo roboratus, et una mecum Adm. R.do Patre Diffinitore S. Francisci in agonia coadjutus, cujus cadaver ad praefatam civitatem S. Agathae Gothorum sequenti die translatum, sociantibus Adm. RR. Can.cis Thesaurario D. Fabritio Martenisi, D. Angelo Morgillo, D. Martio de Ferrellis, D. Paschale Romano, D. Carolo de Nuptiis, D. Petro Paulo Ferrara et aliis quamplurimis de clero et de populo, in cathedrali ecclesia fuit humatum. In quorum fidem.

Antonius archip.r Romano (47)

3. - *Obitus D. Ioannis M. Puoti.*

Ex eodem archivo paroeciali mutuamur obitus attestationem, quae respicit D. Ioannem M. Puoti. Notum est biographis alfonsianis, post declarationem D. Annae Irene de Masi viduae praefati

(46) Arch. Parr. S. Andrea, Arienzo, Lib. V Defunct. 1735-1778, f. 167v. Fortunata Lione.

(47) *Ibid.*, f. 123v. Ill.mus et R.mus D.nus Flaminius Danza.

D. Ioannis (48), quomodo S. Alfonsus aegrotum invisens providerit spiritu prophetico ut sacrificium missae de requie corpore praesente celebraretur et quanta sollicitudine dolorem familiae leniret. Actus mortis exprimitur his verbis: « Anno Domini millesimo septingentesimo septuagesimo secundo 1772, die vero vigesima secunda mensis octobris. Ill. mus D. nus U. I. D. r ac Judex M[agnae] C[uriae] V[icariae] D. Joannes Maria Puoti, vir Ill. mae D. nae D. Annae Irenis de Masi, aetatis suae annorum 61 circiter, sacramentis poenitentiae et Eucharistiae munitus ac sacro oleo unctus in communione S. M. E. animam Deo tradidit, et in ecclesia A[ve] G[ratia] P[lena] hujus Terrae Argentij ejus cadaver humatum est.

Antonius archip. r Romano (49)

CONCLUSIO

Quae hucusque proœmiari curavimus et quae per se ipse lector ex documentis mox legendis adprehendet, utilem procul dubio efficiunt hodiernam nostram manuductionem, tanquam subsidariam illius prioris initio articuli memoratae. Utraque collineat in eundem scopum stimulandi novellum aut etiam maturum investigatorem, ut magni semper ducat pro historia alfonsiana intimius penetranda selectum notariorum agmen, quibus aurigantibus continget optatam purioris certitudinis metam.

DOCUMENTA

I

Proœmium cum Inventario bonorum S. Alfonsi neo-episcopi.

Arch. di Stato, Benevento, Prot. Not., pacco 1029, Ciardullo Agostino, an. 1762, f. 547.

[*Ad instrumenti oram:*] Inventarium pro Ill. mo e R. mo Ep^o D. Alphonso de Liguori.

Eadem die decima m. s. septembris millesimo septingentesimo sexagesimo secundo S. Agathae Gothorum, et proprie in Palatio Episcopali.

A richiesta a Noi fatta sì per parte ed ad istanza del Ill. mo e R. mo Monsign. r D. Alfonso de Liguorj patrizio napoletano, odierno Monsig. r

(48) Proc. Ord. S. Agathae, III, f. 997v-1008.

(49) Arch. Parr. S. Andrea, Arienzo, *l. cit.*, D. Ioannes M^a Puoti. - Huius effigies marmorea in ecclesia SS. Annuntiationis retinuit epitaphium, cui nomen adponebant curatores « Antonius archiep. Amalphitanus / Franciscus Metrop. Eccles. Neap. canonicus / Philippus iuris etiam consultus / Fratres merentissimi / Et Alexander filius natu maximus / Momentum in gentilitio sacello / poni curarunt ». Cfr N. LETTIERI, *Istoria d'Arienzo*, Napoli 1778, 346. Fratres isti, praesertim archiepiscopus et canonicus, fuerunt S. Alfonsi admiratores, amici ac in multis cooperatores necnon post S. Praesulis mortem testes illius in processu ordinario Sanctagathensi. Cfr *Lettere di S. A.*, I, 551, 585; II, 134, 217.

Vescovo di questa città di Santa Agata de' Goti, come del Rev.do Dr. Sig.r D. Nicola Roberti e Rev.do Sig.r can.co D. Pietro Pirelli, deputati a quest'atto eletti dal R.mo Capitolo della Cattedrale di questa sud^a città, personalmente ci siamo conferiti nel Palazzo Vescovile di questa sud^a città, in dove coll'intervento ed ad istanza di detti Sig.ri can.ci deputati che di detto Ill.mo e R.mo Monsig.r Vescovo e Rev.do Sig.r D. Felice Verzella, suo Maestro di casa, abbiamo fatto solenne e fedele inventario di tutto ciò in d° Palazzo Vescovile si è portato da sua casa d° Ill.mo e R.mo Monsig.r Vescovo, quale è del tenore seguente:

Inseratur (50).

Ed essendo stati richiesti Noi che di tale inventario coll'assistenza di detti Sig.ri can.ci Deputati e di d° Rev.do Sig.r D. Felice, che per parte di detto Ill.mo e R.mo Monsig.r Vescovo ha fatto la dovuta protesta e necessaria riserba, che n'avessimo fatto publico atto per futura cautela. Nos autem...

Ed essendo stati similmente richiesti Noi nello sud° atto dalli sud.i Sig.ri can.ci Deputati anche in nome e parte di d° R.mo Capitolo, che nella presenza ed assistenza di essi Sig.ri can.ci Deputati ed Ill.mo Monsig.r Vescovo de Liguoro e R.do Sig.r D. Felice Verzella fatto avessimo nuovo inventario di tutta la robba, che stava esistente e d° Monsig.r Vescovo trovato aveva nel suo Palazzo, rilasciata da anteriori Monsig.ri Vescovi di questa sud^a città: ed avendosi da Noi fatto solennè e fedele inventario di tutto ciò che in d° Palazzo Vescovile si è ritrovato lasciato da anteriori Vescovi, ed è del modo che segue:

Inseratur (51).

Ed essendo stati similmente Noi richiesti che di ciò n'avessimo fatto publico atto coll'assistenza di essi Sig.ri can.ci Deputati come sopra, e d° Rev.do Sig.r D. Felice, che per parte di d° Ill.mo e R.mo Monsig.r Vescovo ha fatto le dovute proteste e necessaria riserba amplissima avessimo fatto publico atto per futura cautela. Non autem...: unde...

Praesentibus m.co Gregorio Fermiero Regio ad contractus, Adm. R.do D.no Antonio Tangredi archip.ro Arpadij, R.do D.no D. Domenico de Nunzio par.co S. Petri Argentij, Alexio Pollio de Neapoli et Agnello Pasquale civitatis S. Agathae testibus.

II

S. Alfonsus acceptam dicit contributionem Cappellarum ad instaurandum monasterium Monialium SS. Redemptoris

Arch. di Stato, Benevento, Prot. Not., pacco 7032, Ciardullo Agostino, an. 1765, f. 353v.

Anotatio. Alphabetum protocollo praepositum indicat: « Pro Mon° S. M.ae Constantinopolis. Promisio et obligatio », fol. 353v. Sed in corpore

(50) Inseritur quidem Inventarium quale iam pridem edidimus ex copia apud archivum Curiae reposita (*Spic. Hist.* 9 [1961] 518. Ex collatione copiae cum hoc originali deducimus parvas correctiones (p. 520) ibidem esse faciendas, nempe: Feci pro Teci, Tremesti pro Tremessi.

(51) Desideratur hoc Inventarium in praesenti instrumento notarili.

protocolli deest hoc folium et consequenter initium instrumenti, cuius diem et mensem coniectamus ex subsequenti instrumento exarato « eadem die 2 Iunij 1765 ».

Ex una ergo parte aderant vicemgerentes « Cappellarum » Sanctagathensium, ex quarum redditibus traherentur 125 ducatus titulo contributionis ad novum monasterium instaurandum. Ex alia vero parte intererant « l'Ill.mo e R.mo Sig.re Monsig.r D. Alfonso Maria de Liguorj, odierno Monsig.r Vescovo di questa città, Dr. Fisico D. Domenico Cervo, odierno Governatore della Ven. chiesa della SS.ma Annunziata, e Sig. D. Sabastiano Roberto, capo eletto al governo della Università di questa città, e come tali odierni Governatori del Ven. Monistero di Costantinopoli ». [Huius monasterii historiam retexunt, ac pergunt:]

Ritrovandosi da tempo antico eretto e fondato... un Conservatorio di religiose dell'ordine francescano sotto il titolo di S. Maria di Costantinopoli, ed essendo povero di rendite... Ma avendone acquistate alcune rendite per legato fattoli dal fu Duca Cosso, ultimo possessore di questa città, si animarono li Governatori a intraprendere di pianta la nuova fabrica con sito più ampio... ».

Subiungit instrumentum quo pacto diversae Cappellae piaie sese sponte obstrinxerint ad contributionem annuam 125 duc. atque adnectit publicum edictum quo « Ferdinandus quartus die 7 Julii an. 1764 » ratam habuit Cappellarum deliberationem.

Atque concludit: « Praesentibus m.co Angelo Barbiero ad contractus Iudice, R. D.no D. Felice Verzella, m.co D. Ignatio Verzella et Alexio Pollio de Neapoli ».

III

Duplex instrumentum publicum, quo ratum habetur initium monasterii Monialium SS. Redemptoris atque clausurae in eo instauratae.

Arch. di Stato, Benevento, Prot. Not., pacco 7033, Ciardullo Agostino, an. 1766, f. 263r-266r.

[*Ad instrumenti oram:*] Pro Monasterio S. M. Constantinopolis. Apertura et clausura.

Die vigesima nona m.s Junij millesimo septingentesimo sexagesimo sexto S. Agathae Gothorum, et proprie in monasterio S.M. Constantinopolis et praevia licentia ob diem festum S. Petri Ap.li.

A richiesta a Noi fatta dall'Ill.mo e R.mo Monsig.r D. Alfonso Maria de Liguoro, odierno Monsig.r Vescovo di questa città, e come tale primo Governatore del Monistero e Chiesa sotto il titolo di S. Maria di Costantinopoli, e il Sig.r D. Sabastiano [*sic*] di Roberto, odierno Governatore della V.le Chiesa di S. M^a della S.ma Annunziata di questa sud^a città, e come tale altro Governatore del med^o Monistero, e coll'intervento non meno de' cennati Governatori e de' Sig.ri galant'uomini, e specialmente del Sig.r Arcidiacono Dr. D. Francesco Rajnoni, Sig.r Decano Dr. Teologo D. Evangelista d'Addio, Sig.r Tesoriero Dr. D. Nicola Roberti, Sig.r Dr. D. Luca Albanese, Sig.r Dr. D. Francesco Andrea Mostilli, Dr. Fisico Sig.r D. Domenico Cervo, testi-

monj specialmente al presente atto rogati, ci siamo conferiti nella Chiesa Cattedrale, ove ci siamo ritrovati nell'atto, che son gionte verso le ore ventuno del presente giorno le RR. Madri Suor Marja Rafaele de Vito, Suor Marja Felice Andolfi e Suor Marja Celestina Romano, monache claustrali unitamente con Suor Maria Giuseppe di Giesù, monaca conversa del Monistero sotto il titolo del S.mo Redentore della città di Scala dell'Istituto del S.mo Redentore, qui trasportate oggi pred° giorno coll'accompagnamento ed assistenza di d° Sig.r Tesoriero Dr. D. Nicola Roberti, e Sig.r canc° Dr. D. Luca Albanese, e delle Sig.re D. Emilia Vinaccia, vidua del fù Dr. D. Leucio Aloisio, e della Sig.ra D. Giovanna Rajnoni, vidua del fù D. Domenico Tidej a tale effetto destinate per quindi fondare ed erigervi una clausura di monache sotto lo stesso loro istituto e Regole del S.mo Redentore: il tutto a tenore ed in seguela del'Apostolico Assenso di N.ro Sig.re regnante Clemente XIII in data de' 19 Luglio del passato anno 1765, ottenuto il Regio exequatur riportato dalla Maestà del Rè N.ro Padrone (che Dio sempre felicitì) per la sua Real Camera di S. Chiara sotto il dì 16 settembre del med° anno 1765, che originalmente si conserva in questo Vescovil Archivio, e copia de' quali ancor per me si conservano nel Protocollo dell'anno 1765.

Quindi dopo avere le dette RR. Madri e conversa fatto le dovute adorazioni al S.mo, si sono processionalmente incaminate da detta Cattedrale verso la chiesa sud^a del Monistero di Costantinopoli in compagnia non meno di d° Ill.mo e R.mo Monsig.r Vescovo e Sig.r D. Sabastiano e de' cennati testimonj a tale atto rogati, che di tutto il R.mo Capitolo e Clero così secolare che regolare, a tale effetto invitati e di tutto il popolo a tal funzione accorso: ed ivi gionti, e fatto prima atto di rendimento di grazie al S.mo Sacramento in d^a chiesa di S. Maria di Costantinopoli esposto, e preintonato quindi da d° Ill.mo Monsig.r Vescovo il solenne Te Deum cantato dal R.mo Capitolo e Clero, ci siamo unitamente portati tutti all'Atrio, o sia Portone di d° Monistero, dove essendosi ritrovata aperta la porta interiore di quello, vi sono state introdotte e chiuse le cennate RR. Madri e Conversa, destinate la prima di essa, cioè Suor M^a Rafaele per Superiora, la seconda Suor M^a Felice per Vicaria, e la terza Suor M^o Celestina per Maestra delle Educande del divisato Monistero nuovamente avocato e fondato sotto il detto Istituto e Regola del S.mo Redentore nello stesso sito, ove anticamente era stato un Conservatorio di monache sotto la regola di S. Francesco, dimesso da longhissimo tempo, sì perché esso era diruto, sì anche perché scarsissimo allora di rendite.

E quindi ampliato con nuove fabbriche e provveduto di nuove rendite, si è perciò destinato per la Clausura di sopra espressata sotto il nuovo Istituto e Regola del S.mo Redentore. Ben vero però si è stimato dallo d° Ill.mo e R.mo Prelato di non benedire e destinare questo stesso giorno il ricevuto della Clausura del divisato Monistero sul motivo di potere ivi per qualche giorno entrare Gentil Donne, sì per compiere uno officio di complimento verso le cennate Madri, che per informarle ed istroirle [*sic*] della situazione e destino delle stanze ed officine del med° Monistero, e perciò da ora si è

destinata la giornata di Mercordì due del ponente [?] mese di Luglio per la benedizione di disposizione del recinto di detta Clausura, quale atto, seguito che sarà, dovere anche notarsi e registrarsi in dorso del presente.

Ed acciò di tutte le cose sudette se ne possa avere in ogni futuro tempo la distinta notizia e memoria: perciò a richiesta e coll'intervento come sopra n'abbiamo fatto e rogato il presente solenne e pubblico atto. [*Nihil amplius*].

Die secunda m.s Julj millésimo septingentesimo sexagesimo sexto S. Agathae Gothorum, et proprie in Atrio interiori Monasterij Monialium S. M. ae Constantinopolitanae et praevia licentia ob diem festum B. M. Virg.s.

A nuova richiesta fattaci da parte ed ad istanza dell'Ill.mo e R.mo Monsig.r D. Alfonzo Maria di Liguori, Vescovo di questa città, e del Sig. D. Sabastiano Roberti, Governatore del detto Monistero, ci siamo conferiti nell'Atrio di questo Monistero sud° circa le ore quindici di d° Giorno coll'intervento delli Rev.di Sig.ri Dr. Tesoriero D. Nicola Roberti, e Sig.r D. Luca Albanese can.co, Rev.do Sig.r D. Felice Verzella e del Rev.do P.re D. Geronimo Ferrari della Congregazione del S.mo Redentore e del Rev.do Sig.r Dr. D. Francesco Antonio Mostilli e Dr. Fisico D. Domenico Cervo, dove gionti siamo unitamente entrati nel recinto interiore di detto Monistero, in cui il detto Rev.do P.re D. Geronimo Ferrari, specialmente destinato dall'Ill.mo e R.mo Monsig.r Vescovo, girando il distretto del Monistero sud° ha quello solennemente benedetto e dichiarato la Clausura per quanto porta il recinto delle mura, che lo rinserrano fino alla porta interiore dell'Atrio. E perciò a futura memoria, ed in sequela del precedente atto e rogazione similmente per mano mia, abbiamo fatto e rogato anche il presente: unde...

Praesentibus m.co Angelo Barbiero regio ad contractus Iudice, m.co D.re Physico D. Francisco Antonio Jermiero, m.co D. Ignatio Calandra e m.co Agnellò Pasquale praedictae civitatis testibus.

IV

S. Alfonsus Episcopus et Rector Maior iura sua super domo Iuranensi transfert in domum S. Angeli a Cupolo intra ditionem pontificiam

Arch. di Stato, Benevento, Prot. Not., pacco 7033, Ciardullo Agostino, an. 1766, f. 320v-325v.

[*Ad instrumenti oram:*] Declaratio pro Ven.li Congregatione SS.mi Redemptoris et Ill.mo E.po D. Alphonso M^a de Liguori.

Die vigesima m.s augusti septingentesimo millesimo septingentesimo sexagesimo sexto S. Agathae Gothorum, et proprie in Palatio Ep.li eiusdem civitatis.

Costituito nella Nostra presenza l'Ill.mo e R.mo Sig. D. Alfonzo de Liguori, Vescovo di questa città di S. Agata de' Goti e Rettore Maggiore della Ven. Congregazione del S.mo Redentore, il quale... agge ed interviene alle cose infrascritte per se stesso e per li suoi eredi e successori.

Asserisce avanti di Noi e di me pred^o Not^o come persona publica presente ed accettante per li chiamati ut infra come il q. D. Andrea Salerni (52) [= Sarnelli] delli Baroni de Ciorani per giustissimi fini e per scrupolo di sua coscienza sotto il 4 del mese di giugno del 1752 con istromento rogato per mano del mag.co Not. Carlo Pepe di Nocera delli Pagani gli donò gl'infrascritte somme precipue et effettive, che in ogn'anno perveneano da tutti li suoi beni, specialmente da una vigna di moggia cento in circa, che esso D. Andrea possedea in pertinenza della terra di Ciorani, giusta li suoi notorj confini, cioè annui docati sessanta per li primi anni decorrendi dal dì primogennaro 1752, e dal dì che saranno elassi detti due anni, annui docati novanta per altri due anni: ed elassi saranno detti anni quattro, annui docati cento venti, da pagarsi e corrispondersi dal detto Sig. D. Andrea sua vita durante: e che seguita la sua morte, et in praeambulum horae mortis suae et per duas horas ante, donò a beneficio di detto Ill.mo Sig. D. Alfonzo, suoi eredi e successori, annui docati cinquecento perveniendi e percipiendi ogn'anno dalli frutti della vigna, e che fusse stato lecito ad esso R.do D. Andrea ed a suoi eredi e successori in tempo di sua morte per li detti annui docati cinquecento assegnare in beneficio di d^o Ill.mo Sig.r D. Alfonzo de Liguori, di suoi eredi e successori, tanto di territorio di d^a vigna quanto potrebbe rendere e fruttare li detti docati cinquecento, o lasciare per intero in beneficio del med^o la vigna sud^a. - Nel qual caso dedotti dalla vigna sud^a li detti docati cinquecento, il dippiù che forse fruttasse detta vigna il detto Ill.mo e R.mo D. Alfonzo l'avesse dovuto impiegare in quelle opere e dare a quelle persone, sincome gli era stato intimato dal d^o Sig.r D. Andrea...

Indi il d^o Ill.mo e R.mo Sig.r D. Alfonzo sotto il dì 28 novembre 1752 con istromento rogato per mano del mag.co Not. Crescenzo Fontana di Napoli, volendo alli obblighi incaricatoli dal detto D. Andrea, donò e fece le dette annue somme e li detti annui docati cinquecento in beneficio de' suoi compagni Missionarij in quel tempo conviventino, e che in perpetuum et in futurum convivano nella detta casa del S.mo Redentore della terra di Ciorani, coll'obbligo di più pesi contenuti in detto istromento, e coll'espressa facoltà di aggiungere altri pesi in detta donazione, o quella diminuire o moderare secondo ad esso lui parerà senza restrizione o impedimento.

Ma perché nel d^o anno 1752 la Maestà di Re Carlo N.S., allora felicemente regnante in questo Regno, ed invitto oggi Monarca delle Spagne (Dio sempre felicit) ordinò con suo Reale dispaccio che tutti le beni stabili acqui-

(52) Circa domus Iuranensis initia, praesertim circa donationes baronis D. Angelī Sarnelli filii suis sacerdotibus D. Andreae et D. Ianuario, prostat copiosa instrumentorum series in sectione notarili archivi Status Salernitani: Prot. Not., pacco 5875, ann. 1733-1735, Not. Nicola Zampoli « dello Stato S. Severino ». Tempore opportuno, si permiserint fata, prodibunt in lucem notitiae magis selectae: ex nunc, relative ad praesentem S. Alfonsi declarationem, sufficiat recolere: an. 1735, f. 125, « Die 7 aprilis 1735: Cessio administrationis pro D. Andrea M^a Sarnelli ». Item: f. 137v: « Donatio pro D. Andrea M^a Sarnelli ». Haec donatio, praeter agros (« massaria arbustata e vitata di moggia venti, sita nel luogo detto La. Vigna »), complectebatur: « l'abitazione de' nuovi camerini del suo palazzo baronale col uso de' mobili e tre letti... », e se caso di detti Signori D. Andrea e D. Gennarovolessero dall'erede, dopo la sua morte, grada separata, sia obligato a fargliela a sue spese ». Quae sane conditiones expeditam reddiderunt S. Alfonsi in palatio commorationem.

stati in comune dall'Adunanza istituita e regolata dal detto Sig.r D. Alfonzo, così presenti come futuri, si lasciassero e si amministrassero da' Vescovi de' rispettivi luoghi, i quali avessero dovuto somministrare due carlini al giorno a ciascheduno de' loro servienti, acciò avessero potuto comunemente vivere ed esercitare a fare le sante Missioni.

È perché in piedi di d° Real dispaccio vengonsi annotate le dette annue rendite di sopra descritte, e la vigna sud^a che era stata donata al solo D. Alfonzo e dal sud° ceduta in beneficio di detta casa, o sia Adunanza delli Ciorani: quindi ci fù che il d° D. Andrea volendo ovviare a qualche dubbio insorgere potesse dalla lettera di detto Real dispaccio, e mandare in esecuzione la detta sua pia determinazione, con istromento rogato sotto il dì 26 dicembre 1754 per mano del d° Not. Carlo Pepe di Nocera donò con titolo di donazione irrevocabile fra vivi in beneficio dell'Ill.mo e R.mo Monsig.r Arcivescovo di Salerno, e de' suoi futuri arcivescovi successori la suddetta vigna di moggia cento, come sopra descritta, sotto vari descritti pesi, riserve e condizioni, come dal d° istromento, al quale...

Fra l'altro volle che il sud° Ill.mo Prelato e i suoi successori fossero tenuti di dare in ogn'anno l'entrata e frutti, che perveniranno da detta vigna alli R.R.P.P. dell'Adunanza del sud° Sig. D. Alfonzo, per lo stabilimento e mantenimento di detta casa delli Ciorani, e acciò possano esercitare le sante Missioni. Ed in caso che per giustissime e fortissime cause fussero obbligati li detti R.R.P.P., e non potessero mantenere la sudetta fondazione nelli Ciorani: in tal caso fussero obbligati a fare un'altra fondazione del loro Istituto in Regno o fuori Regno, colla condizione che in essa fondazione si debbia osservare quel tanto si osserva nell'altre loro fondazioni, dovendo procurare gli detti R.R. P.P. pro tempore il beneplacito di S.M. in detto caso di fare detta nuova fondazione: ed in caso S.M. non volesse accordare l'assenso per d^a fondazione, debba procurarlo e farlo fuori Regno, ed in caso che fuori Regno nemmeno si potesse di fare detta fondazione, in tal caso detta vigna ed entrate, come sopra donate, restino in piena libertà del detto R.do P.D. Alfonzo, oggi degnissimo Vescovo di questa città di S. Agata, con fare quelle opere, che stimarà di maggior gloria di Dio, con diversi altri pesi, come ciò ed altro si legge nel d° istromento, al quale...

